



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Fasti Mariani

Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Victoria Virg. Et Mart. 11. Februarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

## S. VICTORIA VIRG. ET MART.

II. Februarij.

Geminum VICTORIA triumphum duxit: de Amore unum, de Tyranno alterum. Vter pulchrior fuerit, tute arbiter esto. Anno igitur salutis trecentesimo tertio, quòd Christiani & coetus pietatis causâ agerent, & sacros Codices profano iudici tradere recusarent, Diocletianus & Maximianus Imperatores omnibus tormentis in hos pugnarunt. Sed quidni vincerent Christiani, quando felicissimo omine ex horû parte VICTORIA stetit, virgo in ipsis cunis magna, magnisque signis jam tunc futuræ sanctitati præludens? Illud vnum quantum facinus fuit, cum obstrepente auribus castissimis Hymenæo, sponso mortali in amplexus ruente, ut hos eluderet, quando alas non habuit, animos sumpsit, & è summo recto præceptis abiit, innoxia templum petiit, verbisque conceptis sponfam Deo se devovit, frustra homine intereâ nuces spargente, quas illa cum rebus aliis humanis dudum reliquerat. Igitur meritò de Victoriâ iudex desperavit, & ne à feminâ triumpharetur, incolumem cum fratre domum ire à tribunali iussit. Sed negavit illa pedem è pugna referre, negavit fratrem se agnoscere, qui non eundem patrem (Deorum cultui abdicatissimus erat) Christum clamaret. Itaque latâ mortis sententiâ virgini palmam invitus iudex cessit. Intereâ nunquam sapius Superi VICTORIAM clamarunt. *Ex Surio.*

*Nos qui ad incerta consurgimus, qui inter insidias diem ducimus, qui horarum varietates, momentorum motus, verborû lapsus, actuum pericula sustinemus, quid*

quid est, quòd matutinâ prece totius diei custodiam  
 nolumus postulare? quid est, quòd homini toto  
 tempore assistere libet, Deo nec puncto assistere libet?  
 S. Pet. Chryf. serm. 34.

S. ANTONIVS EP. 12, Februarij.

**I**nvidebis juvenus suum ANTONIO puerulo  
 Doctorem. Hic, si nescis, S. Spiritus erat Hoc,  
 neque alio magistro primas ille literas didicit. Et  
 verò Minerval cælo dignum persolvit; sive cum  
 ludentis pueritiæ societatem averfatus viro dignâ  
 puer egit, aras struxit, aris thura, & quæ thure sua-  
 vius olent apud Superos, preces dedit; sive cum  
 postea mundo totum sese surripuit Numinisque  
 cultui inter monachos mancipavit. In hac quoque  
 virtutis scholâ tam profecit ANTONIVS, ut in  
 suam deinde sententiam mundi que contemptum  
 etiam parentem pellexerit. Et vidisses tunc gran-  
 davum parentem sub filii disciplinâ adolescere,  
 vitæ rationem à filio discere, jamque in filio pa-  
 rentem agnoscere. Sed hoc quoque mortuo AN-  
 TONIVS in hereditatem miseros evocavit. At cum  
 in tot heredes non sufficeret illa, ingentem auri-  
 vim Angelus auctarium adjecit. Plura deinde E-  
 piscopatus Constantinopolitanus suggestit, ut in-  
 fula jam non tam ANTONIVM quam miseros tege-  
 ret. A morte mulierem, quæ crus fregerat, ut fu-  
 nus comitari posset, in pedes erexit, & ut hæredes  
 suos neque mortuus videretur neglexisse, cresce-  
 re, quæ tunc erogabatur, inter manus stipem fecit.  
 Odor, denique mirus etiam in cadavere virtutem  
 laudavit. Ex Niceph. apud Sur.

Esto homo, esto & Dei sacrificium & sacerdos  
 induere sanctitatis stolam, præcingere baltheum casti-  
 tatis